

DE ANALOGIÀ.

DISSERTATIO MEDICO-PHILOSOPHICÀ;

Quam, Deo juvante, publicè tueri conabitur in inclyto
Medicorum Mospeliensi gymnasio, die junii;
anno 1808,

ANTONIUS BESSON, è loco Lacalm, in partitione Avernensi,

PRO DOCTORIS MEDICI GRADU CONSEQUENDO.

*Optimis verò medicis similitudines impo-
nunt et difficultates pariunt.*

HIPP., lib. 6, de morbis pop. sect. 8.

MONSPELII,

Apud FONTENAY-PICOT, Typographum Scholæ Medicinæ.

ANNO 1808.

OPTIMI PATRUM MEMORIÆ

ÆTERNUM VENERANDÆ;

MATRUM TENERRIMÆ;

J. L. MESTRE DE ROCHEGRÈS,

*Juris perito, memorabili viro, scientiã tamen et probitate
magis quàm genere, nec non amico dilectissimo*

*Hoc tentamen, ut publicum pietatis, grati animi amicitie-
que pignus,*

Dicat, vovet, consecrat auctor.

A ALEXANDRE ROQUEFEUIL DU BRUSQUET.

POURRAI-JE me dispenser d'offrir les prémices de mes travaux dans l'Art de guérir, à celui qui, depuis le moment heureux où une amitié réciproque unit nos cœurs, m'a comblé de tant de bienfaits, qu'il m'a mis dans l'impossibilité de lui témoigner jamais assez de reconnaissance? Aussi suis-je bien éloigné d'avoir la vaine présomption de m'acquitter envers lui, par l'offre que je lui fais aujourd'hui de cette faible production. Trop heureux seulement, s'il veut agréer cet hommage de mon cœur, comme l'expression sincère de l'amitié la plus vive, et de la reconnaissance la mieux sentie!

A. BESSON.

PROOEMIUM.

AB evidentiâ non semper pendet veritatis investigatio. Sunt profectò quædam propositiones, seu physicæ, seu metaphysicæ, atque etiam morales, evidenter demonstratæ; sed earum numerus tam exiguus agnoscitur, ut magnoperè lugenda esset sors hominis, si pro certo veroque tantùm ducturus esset, quod evidenter probatum. Stant etiam et aliæ veritates benè multæ, quæ etiamsi non demonstrantur, intimam convictionem afferunt. Quis unquam ratiocinio usus est, ut panem, v. gr., sibi oblatum veneno carere certior fieret? Et certè qui alimenta haud caperet, nisi evidenter optima demonstrarentur, mox vitæ periculum adiret.

Divina ergo Providentia utilitatum oportunitatumque nostràm omnium consultrix, homini salutis suæ conservandæ alias suppeditavit rationes, ut in iis atque omnibus circumstantiis, in quibus deficiunt ratiocinii viæ, se gerere possit. Quem in finem sensus, tot cognitionum practicarum principia, nobis ante omnia, largâ manû concessit; sed ut magni ponderis in rebus quandoquè non sufficiunt sensus, inductionem et analogiam addidit.

De hac ultimâ disserere mihi venit in mentem, non

solum quia fons et origo plurium notitiarum in arte medicâ ab initio fuit et esse valet pars illa logicæ, sed etiam ob ipsius abusum à variis auctoribus inductum.

Itaque agemus, 1.º de analogiâ generatim sumptâ; 2.º de ipsius utilitate in variis scientiis, sed præsertim in medicinâ; 3.º de ejusdem abusu, seu de falsis similitudinibus.

Experientiâ nondum satis informatus, eruditissimi Professores, manibus impuris quamdam medicinæ - practicæ partem contaminare nolui; idèdque omnes converti conatus ad hujus artis theoreticæ. At ingenuè fatebor adhuc materiem quam agitare audeo, debilitatem ingenii superare.

Operis ergò imperfectioni ignoscere dignemini, in gratiam propositi. Si quid boni deprehendatur, integra vos maneat gloria, quorum scriptis et doctrinæ hoc ipsum tribuendum est. Si verò ardentissima desideria non impleat labor, haud modum, sed mentem judicetis, obsecramus.



DE ANALOGIÁ.

SECTIO PRIMA.

De Analogiá generatim sumptá.

P R I M Û M quidem definienda venit analogia; sed de illius definitione ita discrepant auctores, ut vix unam et eandem rem illos describere voluisse crederetur. Contendunt enim alii, inter quos eminent scholastici, analogiam esse similitudinem cum quâdam differentiâ conjunctam: undè triplicem analogiæ speciem admittunt; primam scilicet *inæqualitatis*, in quâ communis nominis ratio, etsi quoad naturam eadem, gradu tamén, vel ordine differt; sic vox *animal* homini et bruto convenit; secundam *attributionis*, in quâ communis nominis ratio eadem est, sed quædam existit differentia in ipsius habitudine vel relatione; tertiam denique *proportionis* in quâ communis nominis rationes, etsi reverà discrepent, quasdam tamen inter se proportionem habent. Sic quædam adest similitudo piscium branchias inter et quadrupedum pulmones.

Sed quàm vitiosa sit hæc definitio, ipsiusmet verbi significatione demonstratur. Nam objecta idè sunt analogia, quia similitudine gaudent. Illorum ergò differentia nunquam analogiam constituit.

Rejicienda pariter videtur hæc analogiæ divisio. In definitione enim tota ponitur; porro vitiosa definitio: ergò et divisio.

Præterea divisiones usurpantur, ut res de quâ agitur, clariùs

explanetur; sed objecta, nedum ope hujusce divisionis, menti, lucidiore luce effulgeant, tenebris potius obscurantur, ut perspicuum est omnibus.

Alii verò cum Cicerone, analogiam comparisonem vel proportionem appellant (1). Hanc definitionem, quamvis sat recta videatur, haud tamen omninò admittendam esse censeo. Non solùm enim analogia pro proportione, sed etiam pro similitudinum ratione, ab omnibus ferè auctoribus sumitur. Ergò omni definitio non convenit definitio allata, ideòque non sufficit.

Multi denique alii, et imprimis Galenus, analogiam esse rationem quæ ab evidenti auspicatur, rei obscure faciens cognitionem (2), contendunt. Sed nimirum universalis est hæc definitio. Nulla enim differentia inductionem inter et analogiam ponitur, quæ tamen adest, ut videbitur infra:

Cæterùm, quidquid sit de variis illorum opinionibus, analogia nobis definienda videtur ratio similitudinum, quæ ex observatis et cognitis ad non observata atque ignota, propter similitudinem, conclusiones deducuntur. Sic ex eo quòd cernimus corpori motum communicari, quoties ab altero corpore moto impellitur, per analogiam concludimus in omnibus mundi partibus motum percussione communicari.

Necesse est ergò ut analogiam antecedit observatio. Comparatio enim institui nequit nisi inter observata.

Sed objecta inter se comparata uno tantùm vel duobus aut pluribus attributis similia esse possunt. Simplex ergò, aut multiplex analogia.

Etsi primo aspectu otiosa et inutilis videatur hæc divisio, magnum indè tamen commodum percipitur. Quò magis enim multiplex analogia, id est quòd subjecta pluribus conveniunt

(1) Audendum est enim (quoniam hæc primò à nobis novantur); comparatio proportio-ve dici potest. Cic. de oratore lib. 2. cap. 15. § 1.

(2) Gal. cap. 1, pronot. tom. 2.

attributis, eò majorè vi pollet conclusio per analogiam; eò autem minore; quò magis simplex.

Admittuntur etiam varii analogiæ gradus, prout ipsa pendet à mera similitudine, vel à relatione mediorum ad finem, vel à relatione cùm causarum ad effectus, tùm effectuum ad causas (1). Porrò quanti sit momenti hoc discrimen experientiâ probatur. Majore enim vel minore probabilitate gaudet analogia, prout unum aut alterum ex gradibus suprâ memoratis occupat. Ex morborum similitudine, ex. gr., non tantùm eruitur certitudinis, quantum ex eorum effectuum ad causas relatione.

Hunc ultimum gradum tanquàm fide dignissimum habebat doctissimus hujus scholæ professor Fouquet. Sic enim in oratione cui titulus: *Discours sur la clinique*. « C'est par le moyen de » l'analogie que l'esprit va du connu à l'inconnu; c'est une » grande ressource du raisonnement, laquelle étend de même » nos facultés. Je parle de cette analogie vraie, fruit de l'ex- » périence, qui est moins fondée sur des rapports de ressem- » blance que sur les rapports des effets à la cause, ou de la » cause aux effets: analogie dont il est cependant facile » d'abuser. »

Inter alia benè multa præcepta quibus ad medicinam-practicam informantur tyrones, hujusce analogiæ prælium in eorum animis defigere præsertim conantur clinices doctissimi professores.

Verùm, iniquies, ex definitione allatâ, quâ analogia spectatur ut ratio quæ ab noto ad ignotum conclusiones deducit, hanc inter et inductionem nullum discrimen inest. Sed inductio ab auctorum plerisque definitur ratio quâ ab rerum peculiarium, ad veritatis generalis notitiam pervenitur (2); vel potius est con-

(1) « Il faut distinguer dans l'analogie différens degrés, suivant qu'elle est » fondée sur des rapports de ressemblance, sur des rapports à la fin, ou sur » des rapports des causes aux effets, et des effets aux causes. » Condilliac, » logique, deuxième partie, chap. 9.

(2) « L'induction est une sorte de raisonnement, par lequel on va de la

clusio generalis ex pluribus observatis (1). Altera ex numeratione partium, altera verò ex similitudine inter subjectorum attributa concludit. In primo casu conclusio generalis; in secundo verò, singularis. Ergò inter utramque existit differentia.

Aliquandò tamen inductio ab analogiâ perpaululùm differt, quoties ex observatâ relatione in singulis, hanc in omnibus observatis affirmat inductio: tunc enim non nisi observatum asserit. Sed si per eam ex observatâ inter quædam relatione, conclusio generalis deducatur, tunc certè inter illas discrimen non dubium.

Quomodò autem percipietur analogia? Eodem modo quo omnia naturæ objecta, nimirum sensationibus. Porrò sensationes nos afficiunt signis quæ duplicis sunt generis, *linguarum* scilicet aut *actionis*, aut *sonorum*. Utrisque igitur constabit analogia.

Ex analogiâ innumeræ redundant cognitiones, etsi non nisi probabilitates efficiat. Sed probabilitatem habent philosophi ut medium vel maximè necessarium ad veritatis investigationem. Quinimò si ad supremum gradum feratur probabilitas, haud dubiè, multis in circumstantiis pro certitudine tenenda est. Nam, ut ait celeberrimus Locke: « Ces sortes de probabilités appro-
» chent si près de la certitude, qu'elles règlent nos pensées aussi
» absolument, et ont une influence aussi entière sur nos actions
» que la démonstration la plus évidente; et dans ce qui nous
» concerne, nous ne faisons que peu ou point de différence
» entre de telles probabilités et une connaissance certaine. Notre
» croyance se change en assurance, lorsqu'elle est appuyée sur
» de tels fondemens (2). »

» connaissance de plusieurs choses particulières, à la connaissance d'une vérité
» générale. » Encyclopédie méthodique: logique.

(1) « On appelle induction une conséquence générale que l'on tire du dénom-
» brement que l'on fait de plusieurs choses particulières. » *Idem*.

(2) Essai philosophique, concernant l'entendement humain, liv. 4, chap. 16,
trad. de M. Coste.

Quinetiam sæpe sæpius novis experimentis evidentes fieri probabilitates analogicas, quotidiana confirmat observatio. Sic quod de adamantis et aquæ naturâ dixerat percelebris Newto, evidenter demonstravit chemia recens (1).

Præterea hominum testimoniis, ad veritatis investigationem, et certitudinis gradum, analogiam per plures assimilant. Porrò hominum testimonia idoneis prædita conditionibus certitudinem

(1) Haud immeritò quidem hæc referentur Haüy verba in Newtonis sententiam, in libro cui titulus. *Éléments de physique*, t. 2, p. 182.

« Newton ayant comparé les puissances réfractives des différentes substances, avec leurs densités, estimées d'après leurs pesanteurs, trouva que les corps, considérés sous ce point de vue, formaient comme deux classes distinctes; l'une de ceux qu'il regarde comme fixes, tels que les pierres; l'autre de ceux qu'il appelle gras, sulfureux et onctueux, tels que les huiles, le succin. Dans chaque classe, la puissance réfractive était à-peu-près proportionnelle à la densité; mais les corps de la seconde classe à densité égale, avaient une puissance réfractive plus considérable que ceux de la première. Or la grande puissance réfractive du diamant plaçait cette substance parmi les corps onctueux et sulfureux; et dans la table où Newton avait présenté la série des rapports entre les puissances réfractives et les densités, le diamant se trouve à la suite de l'huile de térébentine et du succin.

« Newton avait conclu de ce résultat que le diamant était probablement une substance onctueuse coagulée; expression qui, dans le sens que Newton lui-même y attachait, est un synonyme d'inflammable.

« Ce grand géomètre va plus loin; il remarque que l'eau a une puissance réfractive, moyenne entre celle des corps des deux classes; et que vraisemblablement elle participe de la nature des uns et des autres; car elle fournit à l'accroissement des plantes et des animaux, qui sont composés en même temps, et de parties sulfureuses, grasses et inflammables, et de parties terrestres, sèches et alkalisées.

« Ainsi Newton avait presque lu, dans les résultats de la réfraction, que le diamant est un corps combustible, et que l'eau renferme un principe inflammable. En annonçant ces aperçus, il s'exprime dans le langage de la chimie de son temps; et c'est une raison de plus d'admirer comment son génie, placé dans un si grand éloignement, a été aborder de si près, et par une route en apparence si détournée, des vérités importantes que l'état des connaissances humaines, à cette époque, semblait rendre inaccessibles. »

pariunt. Ergò et analogia; modò tamen rectè et debità instituatür, austeræque logicæ subficiatur legibus, quibus neglectis, conclusiones ex eâ deductæ nequeunt non esse fallaces, ne dicam omninò falsæ.

At verò sat dictum de analogiâ generatim; nunc de ipsius utilitate.

SECTIO SECUNDA.

De Analogiæ pretio in scientiis ac præsertim in medicinâ.

Artibus et scientiis perutilem fuisse, ab omni ævo, analogiam certè nemo nescit. Hanc esse naturæ nexum omniumque scientiarum originem, dicere non dubitavit Baco (1). Sed ad ipsius utilitatem in iis omnibus demonstrandam, nec sufficerent vires, nec patitur opusculum. Itaque quanti pretii fuerit, sensisse et monere sufficiat. De illius tantùm momento in linguarum efformatione, in scientiis peculiaribus ad medicinam pertinentibus, et in ipsâ medicina, quædam præmittamus.

Duplicem linguarum speciem admitit Condillac, *actionis* videlicet aut *sonorum*, ut jam dixi. Porrò in utràque perutilis analogia. Prima enim linguarum signa data, plus minusve generalia fiunt per analogiam, ut optimè dixit philosophus jam memoratus: « *Les premiers signes d'un langage étant donnés, on n'a plus qu'à consulter l'analogie* (2). »

Insuper eò majore gaudent perspicuitate linguæ, quò magis earum signa relatione aut similitudine affluunt. Signa enim merè arbitraria, nullâ similitudine prædita, mens sagacissima nullo modo capere posset; quia signum acceptum, ad alterius acceptionem

(1) Illæ (*similitudines*) enim sunt quæ naturam uniant et constituere scientias incipiunt. *Nov. org.*

(2) *Logique, chap. 2.*

haud perduceret. Idcirco Condillac, quem de rebus ad philosophiam spectantibus, nunquam satis proferre possim, ait: « *Aussi* »
 » *est-ce l'analogie qui fait tout l'artifice des langues ; elles* »
 » *sont faciles, claires et précises, à proportion que l'analogie* »
 » *s'y montre d'une manière plus sensible (1).*

Scientiæ quæ ad artem medicam peculiari modo attinent, sunt historia naturalis, physica, botanice, et chemia. Porro in iis magni momenti semper fuit analogia.

1.º Enim quomodo fieri posset ut de tot historiæ naturalis objectis mens notitiâ haberet, nisi scriptores celeberrimi, analogiâ duce, universa revocâssent individua ad species, genera, ordines et tandem ad classes? Illorum summa laboris tam eximia fuit, ut, quæ toto vix orbe capiuntur, exiguis tabulis nunc capi possint.

2.º Quanti sit pretii physica hæc ratio, probatur exemplo jam allato, de adamantis et aquæ proprietate à Newtono per analogiam repertâ.

Et verò magnâ certitudine pollent conclusiones per analogiam in physicâ deductæ. Illæ enim ab omnium naturæ operationum uniformitate pendent, quâ tot ipsius phenomena seu effectus iidem constanter producuntur. Ex iis certis naturæ legibus per analogiam conclusit celeberrimus Angliæ philosophus creaturas esse quæ medium tenerent hominem inter et creatorem (2).

Analogiæ tantum tribuendâ unius præcipuorum fulminis elementorum cognitio, electricitatis nempe, quam physici, ut terribilis hujus phenomenon principium, spectant, ob similitudinem inter electricitatis et fulminis effectus.

Sunt et alia perplura quæ analogiæ utilitatem in physicâ demonstrant; sed hæc omitto ne prolixior evadam.

3.º Analogiam non minus utilem esse in chemiâ satis constat; sed permaximè optandum esset, ut, ex corporum proprietatum

(1) *Logique*, chap. 2.

(2) *Essai sur l'entendement humain*, liv. 4, chap. 16.

militudine, conclusiones tam universales de corporis humani functionibus, neglecto vitæ principio, non deduxissent chemiæ periti.

4.º Quantùm auxilii medicinæ præbuerit analogia, probat omnium ætatum traditio. In primis enim temporibus medicina tam versabatur in eâ, ut Babylonenses et Chaldæi in viis stererent ægrotantes, legemque tulissent ut quisque viator eis narraret an similibus laborasset morbis, quibusque auxiliis evasisset incolumis(1). Nulla alia methodus morbos curandi, in primis medicinæ temporibus, noscebatur.

At verò hæc potius tunc empirica quàm vera methodus erat. Nullis enim subjiciebatur legibus, et ideò multis erroribus obnoxia. Hanc primus certis ex regulis instituit Hippocrates, iteratisque ac multiplicatis observationibus, optimas tulit artis medicæ leges quæ temporum experienciâ firmatæ, omnium admirationem ætatum movehant. Hac ratione usus, innumeras adeptus est notitias, tametsi illam, ultra quàm satis est, quandoquæ protulerit et ipse: ut optimè notavit illustrissimus hujus scholæ professor emeritus, D. D. Barthez, in oratione de Hippocratis ingenio (2). Sed illud non impedit quominus hic vir summus tot ac tanta, ne dicam miranda, ad medicinæ practicæ utilitatem peregerit. Qui eundem susceperunt cursum, ideò percelebres, quia ipsius vestigia insecuti, quod jam ab eo inceptum perficere conati sunt: inter quos Galenus, Celsus, Sydenhamius, Baglivius, Boërhavius, etc., et tot illustrissimi hujus scholæ Montpeliensis professores.

Jam verò sub duplici respectu potissimum considerari potest

(1) Zimmermann, traité de l'expérience, tom. 2, liv. 5, chap. 2.

(2) « Hippocrate a été induit en erreur en étendant trop l'usage de l'analogie; de cet instrument qu'il a employé le plus souvent avec tant d'habileté et de succès.

» Tel est le sort des inventeurs, dans tous les genres des sciences, qu'ils ne peuvent guère échapper à des erreurs, où nombreuses ou graves, dans les applications trop étendues qu'ils font le plus souvent des principes qu'ils ont découverts. »

medicina-practica. Vel enim in arte corporis humani sanitatem tuendi, vel idoneis remediis amissam restituendi, versatur (1): hinc artis medicæ divisio in hygiæna et therapeuticæ. Porrò utrique maximam præbet utilitatem analogia.

Et 1.º quidem hygiæna: de universis enim quæ sanitati nocent, vel prosunt, notitiam rationalem habere numquam potuissent homines, nisi quibusdam observatis, ad alia propter similitudinem cognoscenda, pervenissent. Et certè illud rationi maximè consentaneum; nam priores hominum observationes in hygiæna objectis necessariò versatæ fuerunt (2). Sed istæ numero paucæ. Adhibita fuit ergò analogia ad nondùm observata.

Prætereâ, nullis adhuc physicæ aut chemiæ notionibus præmissis, hæc erat sola via ad rerum notitias acquirendas. Quinimò nostris etiam temporibus, etsi scientiæ jam memoratæ multa nobis præbeant auxilia, in quibusdam tamen circumstantiis ad analogiam tantùm confugimus. Nonne adhuc affatim est substantiarum quarum proprietates, non nisi hac ratione, dignoscuntur?

2.º Ex eâ magnam therapeuticæ capit utilitatem. Hæc præsertim in morbis eorumque causis et exitibus dignoscendis versatur, nec non in remediis ad sanandum idoneis. Porrò in his omnibus permaximè valet analogia.

Et 1.º de dignoscendis morbis. Symptomatibus enim innotescit morbus. Sed symptomata similia similes testantur morbos. Ergò ex symptomatum similitudine rectissimè deducitur morborum notitia.

2.º Idem argumentandi modus ad causarum notitiam plurimùm prodest. Similes enim effectus ab eâdem causâ pendere constat.

Et verò multis in circumstantiis tantâ caligine quidam obscurantur morbi, ut ferè impossibile sit, primo aspectu, eorum naturam, aut causas dignoscere: remedia tamen quamprimùm

(1) Home, principia medicinae.

(2) Encyclopedie, art. hygiæna.

adhibere necesse est. Sed quid tunc ageret medicus, nisi ex similitudine morbi jam observati cum morbo presente, suam agendi rationem institueret?

Verum, inquires: hæc methodus empirica. *Sed empirismus cui conjungitur ratio*, perutilis imò et necessarius in arte medicâ (1). Cur enim viam rejicere quæ, factis rectè et sedulò observatis, ipsorum cum aliis relationes deprehendens, ad morbi notitiam, vel ad prognosim, aut tandem ad therapeiam, conclusiones deducit.

3.^o Morborum prognosim in analogiâ penitus innititur. Nam ex observationibus in simili morbo notatis; ex progressis in eodem corpore similibus morbis; et ex relatione virium naturæ cum causæ morbificæ viribus, petitur faustus, vel infaustus morbi exitus (2). Ergò non nisi analogiâ, quâdam certitudine gaudet morborum prognosim.

Indè leges morborum exitûs rectè descripsit Hippocrates; quia pluribus observatis, eorum quoque analogiam optimè deprehenderat. In hac therapeutices parte maximam meritum est, et acquisivit laudem ab omnibus medicis antiquis et recentioribus, ita ut nullus unquam præstantior extiterit.

Notandum tamen in analogiâ instituendâ ad prognosim, similibus signis non semper denotari similes effectus in acutis chronicisque morbis, ab diversâ eorum naturam.

Non idem portendunt periculum similia signa in unâquâque morbi periodo. Convulsionem enim in primo variolarum stadio plerumquè faustæ, in ultimo sæpè infaustæ.

Habenda est etiam ratio ad vires et ætatem ægri.

4.^o In dignoscendis remediis ad sanandum idoneis non minùs utilitatis affert analogia. Quot enim substantiæ quarum virtus et actio solâ experienciâ innotescunt, quæquo in morbo presente adhibentur, quia in simili morbo jam adhibitæ fuerunt. Certè non

(1) Castelli lexicon medicum, art. empiria.

(2) Home, loco citato.

immeritò dicit quidam auctor nostram philosophiam, de actione medicamentorum, maximè imperfectam esse, illorumque effectus solâ analogiâ posse determinari. Quod multa ante sæcula in medium protulerat oratorum princeps: « Mirari licet, inquit, quæ » sint animadversa à medicis herbarum genera; quæ radicum » ad morsus bestiarum, ad venena, ad oculorum morbos; *quorum vim atque naturam, ratio nunquam explicavit; utilitate » et ars est, et inventor probatus* (1). »

Et verò nostris adhuc temporibus, etiamsi mediante artificio chemico, plurimas quorundam medicaminum proprietates explicare non valemus. Quis unquam hac ratione detegere potuit quomammodò kinakina in febres intermittentes agat: et sic de multis aliis. Ergò præclare omninò et verissimè dicit Celsus, rationem ad remediorum inventionem et usum multò minùs quàm experientiam contulisse.

Triplici ex origine possunt similitudines oriri in materiâ medicâ, nempe ex relatione effectuum substantiarum in animalia, cum earundem in homines effectibus; ex relatione effectuum corporum chemicorum in humores vitâ orbatos, cum eorundem effectibus in corporis viventis humores; ex relatione tandem effectuum medicamentorum in quosdam morbos, ad alios similes. Undè analogia, alia animalis, alia chemica, alia practica (2).

In primo casu quandoquè maximè profuit analogia. Animantibus enim plurimorum medicaminum tribuitur inventio, sulfuris, v. gr., antimonii, hydrargyri, etc. Hac analogiâ duce, reperta fuit olim à pastore Melampo, virtus hellebori cathartica. Huic etiam analogiæ, casici debetur usus (3).

(1) Cicero, de divinatione, lib. 1, p. m. 611.

(2) Desbois de Rochefort, cours élémentaire de matière médicale.

(3) « Si l'on en croit Fauste-Narron, l'un des écrivains des Maronites, » qui a passé plusieurs années de sa vie dans le monastère que sa société » occupe sur le mont Liban, ce fut le chef d'un couvent de moines arabes, qui » essaya, le premier, de faire usage du café. En se promenant dans la campagne,

Sed imprimis animadvertendum hanc analogiam ideò utilem esse, quia permultis observationibus in genus humanum stipatur. Sunt enim substantiæ animalibus minimè nocivæ quæ ad exitum precipitent hominem (1).

Analogia chemica quamdam utilitatem afferre potest; sæpiùs tamen medicum in errorem induxit. Parùm ergò huic insistendum.

Sed non ita sentiendum de analogiâ practicâ ad quam unam incumbere debent medici, ut de remediorum proprietatibus effectibusque dijudicare queant. Sunt enim medicamina perplura quæ, ut suprâ diximus, ideò adhibentur in praxi, quia in morbis similibus olim adhibita, prosperos effectus produxisse observatum est. Etenim de ipsorum virtutibus nulla datur alia notitiâ.

Præterea hac utentes analogiâ, quorundam medicamentorum usum multò longius protulerunt practici. In scabiem tantummodò primùm usurpata fuere sulfur et hydrargyrum, sed mox propter causarum similitudinem ad morbos alios concretione lymphæ productos, ipsorum translatus fuit usus.

Ipecacuanhæ radix primò quidem tanquam anti-dysentericum polichrestum innotuit Europæ; at brevi, per analogiam, in omnes ferè mucosas affectiones usurpata.

Peruviani corticis usus initio non alius quàm contra febres intermittentes, cognitus fuit; postea verò ad remittentes prolatus; in hisque tam secundos parit effectus, ut divinum verè dixeris. Quinimò in morbos absque febre, stas diebus recurrentes, quan-

» il apprit d'un conducteur de boucs et de chameaux, que toutes les fois que
 » son bétail mangeait du fruit du casier, ses chèvres bondissaient plus qu'à
 » l'ordinaire, et passaient toute la nuit à sauter. Le chef des moines, qui
 » cherchait depuis long-temps tous les moyens d'empêcher ses religieux de
 » dormir pendant les heures de la nuit qu'ils devaient consacrer à la prière,
 » s'avisa de faire une décoction du fruit du casier, la fit boire à ses ceno-
 » bites, avant qu'ils se rendissent au temple, et reconnut bientôt que les
 » réflexions du pâtre étaient fondées. » *Histoire de la révolution française.*

(2) Desbois de Rochefort rapporte, loco citato, « qu'un chien prit une fois
 » trois gros de sublimé corrosif, et n'en eut que meilleur appétit. »

doque feliciter adhibetur. Porro hæc methodus in praxi magnam affert utilitatem, ut inelytus observat Barthez, loco citato: « *C'est par une semblable extension des méthodes de traitement, qui est fondée sur des analogies exactes des maladies, que l'art de guérir peut faire les progrès les plus solides.* » Practica igitur analogia permaximè necessaria. Insuper et hæc sola de veris remediorum effectibus certam dare valet notitiam; sed acere iudicium requiritur simul et maxima in observationibus prudentia, ut accuratè deprehendantur morborum similitudines: *Judicium difficile, experientia fallax.* Hipp.

De analogiæ pretio in morborum ordinatione disserere debuissem; sed modo tam diverso res suscepta fuit à variis auctoribus, hypotheses ex quibus eorum systemata pendent, verisimilitudine adeò destituantur, ut vel optima classificatio morborum, non solum in praxi prorsus inutilis, sed etiam artis progressui maximè noxia videatur; excepta tamen eorum methodo, qui experientiâ strictaque observatione ducti, objecta candidè descripserunt, phænomenaque certo ordine enumerarunt.

SECTIO TERTIA.

De abusu Analogiæ seu de falsis similitudinibus.

Argumentatio à simili, sicuti facilior, omnium est (1); Ideoque ab omni ævo usurpata, ut supra dictum. Et certè quidem ex eâ manavit fons uberrimus utilissimarum cognitionum; sed diffiteri nemo potest quin gravissimos in errores inciderint omnes quos, in analogiis instituendis, non deduxerit firmissima ratio, nec non observatio accurata. Illud in causâ fuit cur dixerit Hippocrates, difficillimum esse veram constituere similitudinem falsamque optimis imponere medicis (2). Undè error imò et inep-

(1) Baglivius, de praxi medicâ.

(2) Vide dissertationis frontem.

tia, pro analogicâ veritate sæpissimè sumuntur. Quid enim absurdius quàm quod commenti sunt quidam astrologi, nimirum pueros sub sidere nuncupato leone, natos, magno et excelso animo præditos esse, idque ob nominis similitudinem cum leone, animali fortissimo.

Sed si nihil ineptius fingi potest, quid de pluribus aliis dicemus similitudinibus in arte medicâ olim usurpatis, in eodemque falso principio positis. Re quidem verâ, medicamentorum historiam perlegendo, reperitur tempus quod non minùs ingenium hominis dedecorat quàm artis medicæ praxim prorsùs inutilem reddebat. Tunc enim multorum medicaminum usus ex falsis, ne dicam insulsis et ineptis, pendebat analogiis.

Metalla inter et plantas, has ipsas inter et animantium partes instituebantur similitudines. Sic in pulmonem pulmonaria, in hepar hepatica, actionem præcipuam exercere putabantur, ob earum plantarum figuræ relationem cum iis hominum organis. Lapides inter et animalium partes, ob formæ similitudinem, eadem invalebat analogia: sic osteocolla, colore albo cinereo-ve ossis figuram referens, permixtè celebrabatur ad ossa citò glutinanda.

Ex relatione partium ejusdem generis animalium, multa pariter falsa concludebant antiqui. Sic variorum pulmones animantium, ut remedia ad pectus utilia, usurpabantur. Corpus necessariò corroborandum erat, animusque vigebat eorum qui quadrupedum corde vescebantur. Ignaviam leporina caro, calliditatem organa vulpis tribuebant, etc, etc. Denique absurdissima quæque, per falsam analogiam in medicinam introducta fuere, et amuleta, tanquàm pars artis integra, statuebantur (1).

Sed hujusmodi mangonia, sicut fabulas aniles, rejecere medici philosophi historiâ naturali multò meliùs excultâ nixi, et præter quædam nomina quæ hos errores extulisse probant, nihil horum superest.

At verò, iis sublatis erroribus, non ideo omnes falsæ similitu-

(1) Encyclopédie méthodique.

dines in arte medicâ funditus eversæ. Perplures enim adhuc sunt quæ eò magis metuendæ videntur quòd ab auctoribus ingenio atque scientiâ claris, in lucem prolatae sint.

Quidam medici (*mechanici* dicti, quia corpus hominis ut meram machinam spectant), analogiâ inter corporis animati structuram, et artificia mechanices deprehensâ, omnes ipsius actiones solis statices, hydraulices, gravitatis, etc., legibus subjecerunt in statu cum sano, tum morbo, prorsus neglecto vitæ principio, quod semper insuperabile omnibus mechanices legibus afferet impedimentum. Unde inclytus professor emeritus (2) : *Les mouvemens qui sont les derniers effets du jeu des organes, peuvent être soumis aux lois de la mécanique; mais les affections du principe vital, qui produisent et renouvellent dans un ordre constant les fonctions nécessaires à la vie, ainsi que les lésions de ce principe, qui constituent l'essence des maladies, sont, par rapport à nous, absolument différentes des causes productives des mouvemens qui ont lieu dans la nature morte, comme sont ceux que règle la mécanique.* Analogiâ ergò abusi sunt qui ex legibus mechanicis tantummodò, functionum morborumque theoreticen, nec non istorum therapeiam instituerunt.

Hanc logicæ partem non minùs perperam adhibuerunt medici chemici, qui ex effectibus substantiarum in furno chemico, analogicè ad effectus in corpus animatum, conclusiones deduxerunt. *Non solum hac ratione imperfectè argumentantur: sed perniciosis illis erroribus quibus medicina immeritò turbatur, ansam præbent indicibilem (1).* Quot enim artem medicam coinquinaverunt falsa systemata hac in analogiâ posita, quæque auctorum ingenii sagacitatem, potiùs quàm iudicii firmitatem demonstrant.

Constans confirmavit experientia conclusiones analogicas om-

(2) Barthez, discours sur le génie d'Hippocrate.

(1) Baglivi, de praxi medicâ.

minò falsas esse, quoties ex rebus inanimatis ad res animatas, remoto prorsùs principio vitæ, deducuntur. Prætermis- sis enim aliis, acida, v. gr., humores extra corpus coagulant; sed eosdem liquefacit, nedùm coagulet, acetum intùs sumptum, ut optimè notavit *Desbois de Rochefort*. Hos ipsos pariter extra corpus densat spiritùs vini vel minima dosis; at verò in corpore vivo hos non parit effectus, nisi immoderatè hauriatur. Ergo multis saltem in casibus analogiæ chemicæ nulla fides, ut observat professor jam suprâ laudatus: « Les humeurs qui sont enfin » formées par les diverses digestions et sécrétions, peuvent être » analysées par la chimie; mais le résultat de ces opérations est » totalement différent de celui qui est immédiatement produit » par les forces du principe vital. »

Nonnullæ sunt et aliæ falsæ similitudines ac penè populares quas recensere longius esset. Sic *Helmontius* inter aquam ebullientem in lebete, et sanguinem in febribus, analogiam immeritò instituit. Undè hanc conclusionem inducit: Sicuti ebulliens aqua refrigerari non potest per subtractionem aquæ, sed per subtractionem ignis suppositi; ita sanguinis vacuatio per phlebotomiam, febrem non minuit; benè verò sola causæ morbificæ evacuatio per sudores, aliasque hujus modi vias.

Hæc falsa *Helmontii* similitudo medicinam practicam mortiferà diù maculavit methodo, in febribus curandis præsertim inflammatoriis. Ingenio *Sydenhamii* sagacissimo opus fuit, ut hic exitialis penitùs tolleretur error.

Varias referre analogias à pleribus medicis perperam usurpatas, immensum foret; sed ex suprâ memoratis videri potest quàm facillimè in errorem inducere queat analogia, nisi certis quibusdam astringatur legibus. Itaque hæ præcipuæ regulæ nobis statuendæ videntur.

1.º Hæc sola vera dici potest analogia quæ in observationibus sæpe iteratis posita, ab effectibus ad causam vel ex causâ ad effectus concludit. *Fouquet*.

2.º Similitudo, ut perfecte concludat, versari debet inter res

sub eodem genere positas, ut inter plantas et plantas, mineralia et mineralia, viventia et viventia, et sic deinceps, ita ut singula unius rei attributa verificari possint de aliâ cui assimilatur; aliter conclusio erit imperfecta. *Baglivius.*

3.^o Probabilitatem plus minus-ve perfectam tantummodò dat analogia. Itaque in systematibus ex eâ deductis, maxima adhibenda est cautio et diligentia.

4.^o Opinio analogica eò magis vel minus est probabilis, quò plures vel pauciores sunt inter objecta similitudines, quò pluribus experimentis compertum fuerit, hanc esse cujusdam speciei individuorum dotem, qualitatem vel effectum. *Philosophia universalis.*

5.^o Numquàm per analogiam concludendum, quæ ex probabili tantum rationis fictione initium ducit. *Zimmermann.*

6.^o Ingenio acri, optimoque judicio opus est ad varias rerum inter se relationes percipiendas, nec non falsas similitudines à veris secernendas. Undè Zimmermann in libro jam citato: « Des » marques incertaines et des rapports que d'autres n'ont pas di- » rectement aperçus, sont souvent le fondement sur lequel un » esprit pénétrant passe du connu à l'inconnu. L'homme » de génie est le seul qui puisse déterminer de lui-même les » degrés de probabilité. »

7.^o Tandem multum quandoquè medicinæ prodest analogia seu chemica, seu mechanica; ideòque eam usurpare, etsi rarò, optimam. At verò semper conclusiones ex eâ deductæ, actioni præsertim vitæ principii subjiciendæ sunt, alioquin gravissimos in errores incideret animus.

PROFESSORES.

C. LUDOVICUS DUMAS, rector. anatom. physiolog. med. clin.
ad morb. insunabiles dictos.

G. JOSEPHUS VIRENQUE, chemiæ, pharmac.

PETRUS LAFABRIE. } Clinices med.

J. L. VICTOR BROUSSONET. }

JOANNES POUTINGON. } Clinices chirurg.

ANDREAS MEJAN. }

J. B. THIMOTHEUS BAUMES, nosol. patholog.

J. NICOLAS BERTHE, therap. mat. med.

J. L. JOACHIMUS VIGAROUS, med. inst. hygienes.

A. LUDOVICUS MONTABRÉ, chirurgiæ.

C. V. G. PRUNELLE, med. for. histor. med.

A. P. DECANDOLLE, botanices.

PROFESSORES EMERITI.

ANTONIUS GOUAN, olim botanices.

J. ANTONIUS CHAPTAL, olim chemiæ.